Instrumentum venditionis di Giacomo de Eldeza a favore di Ruggero de Ansaysio

Basilicata University Press
–
Digital Humanities
Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Instrumentum venditionis di Giacomo de Eldeza a favore di Ruggero de Ansaysio

1246 luglio

† In nomine sancte ac individue Trinitatis, amen. Anno dominice incarnacionis millesimo ducentesimo quadragesimo sexto, mense iulii, quarte indictionis, imperii vero domini nostri Frederici, Dei gratia Romanorum imperatoris semper augusti anno vicesimo sexto, regni Ierusalem vicesimo primo et in Sicilia quadragesimo sexto, feliciter, amen.

1

2

In presencia Petri Iohannis Morelli imperialis iudicis Potencie et testium subscriptorum, Iacobus de Eldeza, habitator Potencie, vendidit et tradidit Rogerio de Ansaysio, habitatori eiusdem civitatis, vineam unam sitam in tenimento Potencie in contrata que dicitur Mendaroli, hiis finibus circumdatam: ab uno latere tenet Guillelmus de Damiata, mediante via vicinali, ab alio latere tenet Nicolaus, genus Mathei de Damiata, et a duobus lateribus tenet dominus Salachiel de Balio de Potencia, mediante via vicinali, hanc vero vineam qualiter est predictis finibus circumdatam per designata latera quatuor, una cum omnibus accessionibus et ingressionibus suis predicto Rogerio de Ansaysio, sicut dictum est, vendidit et tradidit, pro qua vinea recepit ab eo nomine precii unciam auri unam et tarenos auri viginti duos et dimidio, totum videlicet precium ipsius vendicionis. Quapropter dedit et tradidit tam predicto Rogerio de Ansaysio quam heredibus suis liberam et omnimodam potestatem te/nendi, possidendi, vendendi, donandi, permutandi et quocumque modo

P duecentesimo
P verbo

voluerint alienandi predictam vineam. Insuper repromisit Rogerio et heredibus suis defendere et guarentire contra omnes homines qui eos de predicta vinea molestare vel inquietare temptaverint more iudiciorum, et si predictus Iacobus de Eldeza vel sui heredes vel aliquis per ipsum vel per suos heredes super dictum Rogerium de Ansaysio vel super suos heredes de predicta vinea venire temptaverint vel eam aliquo modo deinceps calumpniati fuerint seu per quodlibet ingenium repetere vel subtrahere predictam vineam a supradicto Rogerio de Ansaysio vel ab heredibus eius quesierint aut defendere et guarentire predictam vineam ab hominibus omnibus, ut supradictum est, noluerint, more iudiciorum debeant componere viginti regales aureos nomine pene, medietatem supradicto Rogerio de Ansaysio vel heredibus suis et aliam medietatem imperialis curie vendicione predicta rata perpetuo permanente, preterea guadiam sibi dedit et fideiussorem de evictione posuit Martinum de Marmore, habitatorem Potencie.

3

4

5

6

7

8

P omette vendidit
P Anaysio, *qui e dopo*
P Mendarolis
P circumdata
P possidenti
P super

9

10

11

12

13

14

15

Et taliter ego Girardus publicus Potencie notarius hoc instrumentum predicte vendicionis rogatu contrahentium scripsi quia interfui et meo signo signavi. (SN) † Ego Petrus Iohannis Morellus imperialis iudex Potencie qui supra. † Ego presbiter Andreas canonicus Potentinus interfui. † Ego magister Marcus canonicus interfui. † Ego iaconus Thomas ecclesie Sancti Michaelis de Potencia interfui.

P omette supradictum~heredes
P heredibus
P omette noluerint
P mediatem
P predictam
P dedita
P Martenum